



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

71 Verbum omninò quid declaret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

modi constitutionis formam initi sint juramento firmati, ut cap. gravis, de cens. Beron. in consil. 42. nien. 1. & seq. Rodoan. de reb. eccles. non alien. quest. 29. cum alijs supra allegatis, ut clare, & discretè demonstrant dictæ constitutionis verba, §. si quis autem ibi nullius omninò sint roboris, vel momenti: quæ verba constitutionis non fuerunt visa à Ias. nec Calder. nec ab alijs ab ipso pro contraria opinione citatis: & illud verbum
 71 omninò ¶ idem quòd, ipso jure, importat, gloss. in l. 1. §. si pecunia, in ver. omni, & ibi Bald. sub num. 1. ff. de posthum. & Felyn. in cap. ex parte, il primo, in princ. 74
 ver. secundo dicunt de off. deleg.

72 Prælati verò, ¶ vel rector, qui res ecclesiæ in casu non permissio, vel sine decreto superioris, alienavit, potest ipse, nomine tamen suæ ecclesiæ, non obstante juramento per ipsum alienationi præstito, contractus alienationis impunè revocationem petere, gloss. in cap. si quis presbyterorum, in ver. alienator, & ibi Abb. num. 4. de reb. eccl. non alien. l. 75
 jubemus, la secunda, §. sanè, in fin. & ibi Bild. nu. 1. C. de sacrosan. eccl. & Aff. Et, super constit. Neap. de revoc. alienat. num. 78.

Excipiuntur tamen à dicta regula
 73 ¶ prædia ecclesiastica parvi momenti; ut sunt vineolæ, tertulæ, de quibus in cap. terrule, 22, quest. 2, quæ citra juris
 76 solemnitatem auctoritate ordinaria poterunt alienari, Abb. in cap. ut super num. 14. de reb. eccles. non alien. Verùm, quia pluries in dubium revocatur, quantum immobilia dicantur parvi momenti, ut dicta auctoritate ordinaria sine juris solemnitatibus alienari possint, puto, hoc

casu parvi momenti censei prædia annuum redditum unius ducati auri de camera non excedentia, & valoris in proprietate viginti quinque ducatorum similia, dummodo tamen illa alienatio semper fiat in evidentem ecclesiæ utilitatem, causa permutationis, aut alias, ut unico contextu rei alienatæ pretium in aliud prædium, cujus dominium ecclesiæ acquiratur reinvestiatur, non autem, ut pecuniæ rectoris commodo cedant, & utilitati: & ita in quibuscumque casibus procedit dicta constitutio ambitiosa de reb. eccl. non alien. per illam clausulam, ¶ & tunc in ecclesiarum evidentem utilitatem, quæ clausula, cum sit posita in fine omnium casuum, qui in bonorum ecclesiasticorum alienationibus contingere possint, l. talis scriptura, in fin. ff. de legat. 1. & cap. secundo requirit, de appellat. ad omnia præcedentia refertur l. fin. ff. de hered. instit. Ancharan. cons. 68, subtiliter ad plenit. num. 2, Rom. cons. 480, num. 7, & Dec. cons. 11, num. 13.

Dixi supra ¶ in cap. 44, sub num. 42. non esse veram opinionem scribentium, quod emphiteuta pro bonis emphiteuticis, quæ ab ecclesia possidet respectu utilis dominij ad onerum solutionem habitata ratione fructuum pro sua portione teneatur, pro cujus quæstionis dilucidatione

76 Primum præsupponendum, & quòd emphiteutia sit duplex, ecclesiastica ut cap. potuit ubi etiam gloss. in ver. expelli. Abb. & alij de loc. & laicalis de qua instit. de loc. & conduct. §. adeò l. si & tot tit. C. de jur. emphit.

Celebratur autem emphiteuticos contractus ¶ scriptura interveniente, & non aliter